

Tu kan dich keine Ketzerey
 Verfürn/ gefahr vnd Tyranny
 Bistu entgangen gantz vnd gar
 Vnd lebst mit der Himmlischen schar/
 Inn Ewigen Fried/ Freud/ vnd Won
 Leuchtend als sternen/ Mond/ vnd Sonn/
 Das Körperlein/ weil es gewest
 Sterblich/ wird in der Erd verwest
 Doch wird es an dem Jüngsten tag
 Auferstehen obn alle klag.
 Da wird die Freud vollkommen sein
 Herr Jesu hilf seelig hinein.

M. S.



FINIS.



DANIELI,
M. ANDREÆ BAUDISI
 SCHOL. STRIG. RECTORIS,
 PRIMO-GENITO,
 PUELLULO NONDUM ANNICULO,
 PARENTUM OCELLO AC DELI-
 TIO DESIDERATISS.
 INFAUSTO
 MORTALITATIS ORDINE
 CONSECRATA

EXSEQVIALIA.



Lignicii Prælo Sartoriano.

A. CH. MDCKIIX.

•S) O (S•

Et foet us pietate animus donisque paternis,
 Grandæ vos poterat quævis superare senes.
 Cujus ad innocuum venient si nuntia patrem,
 Heu! vereor, sibi tamen ne cadat ille nece!
 Sequæ mori cupiat, fierique in funere Nati
 Funus, & hoc propter nocte dieque gemat.
 Qualiter infelix Priamus pater Hæctora flevit,
 Cæsus Achillæis qui perit manibus.
 Qualiter Antiochum Nestor, vel flevit Atrides
 Fortior ante tuos, Iphigeniæ, rogos.
 Aut pius Isacides natum, quem credidit atræ
 Tigridis in prædam raptum obiisse diem.
 Ergo opus est, ut se docto solamine pascat,
 Sæpe cadit carum filius ante patrem,
 Troilus exemplo est miser, & Polydorus, Hiobi
 Sunt simul exemplo pignora & Isacides;
 Nec refert, aliâ, quam quæ produxit in auras,
 Occubuisse (Deus fata ita rexit) humo.
 Corduba Lucanum & Senecas, Verona Catullum
 Edidit hos mæsto Roma dedit tumulo.
 Naso Tomitano posuit sub litore vitam,
 Patria cui Sulmo carmine nota fuit,
 Pluribus erige rem verbis mæsti ora parentis,
 Ille sacerdotis sed gerit officium:
 Sequæ piâ novit solari voce: sepulcro
 Me juvet interea talia verba dare:
 Hic situs est roseo nuper RENSCHII ore
 Felix, sed leti nunc cineribus actu.
 Discite ab hoc juvenes, breve ver tam labilis ævi
 Virtutum pulcris comere deliciis,
 Ornare ingenium doctrinæ dotibus, & dum
 Vult Deus, in CHRISTI posse mori merito.

S. GLONERUS,

V. Dum

V.

Dum lustrare cupis, RENSCHII, frater amande,
 Ex monitu patris, diversa Lycea, verendi,
 Astripotens, summus qui Rector Jova Scholarum,
 In cœlesti Scholæ gratis te suscipit album.
 Scilicet hic hominum scire est inscitia summa:
 Arcis in æthereæ ludo perfectio summa.

Mæstus posuit

M. JOANNES PETRUS THOMAS
WALLISERUS.

VI.

Anne tuum veni comitari in funere corpus
 RENSCHII, præclari chara Patris soboles?
 Non veni; sed tu vitali lumine cassus
 Ipse, tuæ tumbæ me comitem esse, facis.
 Hic vitæ trochus est, nostrorum hæc meta laborum;
 Felix ille prius, qui prius hanc tetigit.

Affectus contestandi causa

f.

JOHANNES CRETSCHMAR Breslensis.

VII.

HEi mihi RENSCHII fatum! juvenilibus annis,
 Hic rapitur claræ maxima spes Patriæ:
 Hic rapitur senii solamen dulce paterni:
 Hic & amicorum suave levamen obit.
 Lugemus florem ætatis, viridemque juventam,
 Plangi virtutis Mens studiosa meret.
 Sed tamen & luctus modus esto: Patria multum
 Claret ob hunc, quoniam vixit ubique, bene.
 Solari Patrem poterit, quod deinde perenni
 Clarescent famam filius atque pater.
 Erigat hoc Socios quod conversatio dulcis,
 Et sincera fides non obiisse potest.

Ergo

Ergo quid hic luctum causetur? *Qui bene vixit,
Non vixisse parum dicier ille potest.*

*Suaviss. Dn. Contubernalem & Amicissimum
Sympatriotam animitus lugeo*

*Christophorus Schreërus Francofsteina-
Silesius LL. Stud.*

VIII.

A Stræ studiis virides addicte per annos,
atque animo legum fœdera iusta tenens:
Cum primùm patriis velles discedere terris,
Visere & ignotæ culta lycea Scholæ,
Sic Tibi discessum, pater, informatus in arte
Omnigenâ, fido corde precatus erat:
Unica spes senij matrisque accepta lubido,
Fili, totius firma columna domus:
I pede felici, iustum sectare, piùmque,
cumque Deo tandem limina nostra pete.
Hoc voto firmatus abis, & Lipsica visis
moenia, Saxonici sat bene nota viris.
Nec mora, quid **CÆSAR** de **JUSTI** nomine dictus
svadeat, assiduus nocte dieque probas.
Inter & egregios cultores juris honoras
lumina, pro justo quæ sua tela gerunt.
Sæpius & doctis utens sermonibus arces,
quodcunque in fenso fraus movet ore bonis
Sic alacer, jacto fundamine, cursibus instans
ARGENTORATI læta vireta subis;
ARGENTORATI, cujus benefacta loqvetur,
qui paupertatis pondera dura tulit.
Utque intras Urbem, Rectori nomina scribis,
civibus & socias, quos schola nostra fovet.
Quàm Tibi se faciles monstrârunt corde benigno
BITSCHIUS, in legum cognitione potens;
CLUTENIUS, multis ducibus dilectus in orbe:
atque **LOCAMERUS** juris acutus apex!

Et, scio,

Et, scio, si **DOMINVS**, qui nos, qui nostra gubernat,
ad finem duxet vota precèsque Patris,
Hinc deportasses supremos juris honores,
DOCTORIS titulo nomina magna ferens.
Verùm, dum recti studium solerter haberes
& Baldi imbiberes uberiora bona:
Ecce! repentinis in viscera gressibus acer
infert se morbus, teque vigore rapit:
Lentorem sentit corpus: plantæque manusque
sanguis & è toto corpore pulsus abit:
Illico de proprio folio pars optima restrix
migrat, & ascensu recta suprema capit.
Sanè non damnum penetranti falce paravit
mors Tibi, terrigenis valde inimica viris.
Namque in cœlesti regno Tu tritici habebis
(quo **CHRISTI** magnum significatur opus)
Immosos fructus, quos nuper in æde sacratâ
SCHMIDIVS effatus corde labrisque fuit,
Victricem Laurum, partâ de pace virentem,
& Vitam, in cœlis quæ sine fine manet.
Nec quoque destituunt venerandum vota Parentem,
qui Templi curam, qui gerit atque Scholæ,
Nam Patriam repetis, Tibi quam vis nulla, dolusque
eripiet: tutum est hæc habitare domo.
Sæpius in terris Patriis nos finibus arcer
miles: Vulcanus sæpius arva premit,
Et populatrici devastans omnia flammâ
nos paupertatis mittit in exilium:
Aut alias clades fors, nunquam fida rotatrix,
passibus ambiguis advehit ipsa bonis.
Hoc non sperandum est illic, ibi pulsa pericla:
pax ibi: donorum copia larga fluit.
Hoc pater ipse tuus, cui longa peritia rerum
ex sacris libris nomen in orbe dedit,
Assiduis memorans lingvis solamina matri
porriget, & cœli gaudia larga canet.

B

Quis

Quis non ex turbis, quæ sunt in turbine mundi,
pergeret ad requiem, quæ super astra viget?
Quis non vulneribus constanti pectore nitens
CHRISTI despiceret vulnera vana necis?
Vulnera magnanimo cuncti contemnimus ausu,
quæ spiculis audax, pallida morta, facis.
Vulnera delebunt, tua CHRISTI vulnera: jungo
vulneribus CHRISTI VVulnera RVBRA tuis.
M. Job. Gütherius, Gartz. pom. p. L. Cæs.

IX

Ad Argentinam.

SEfica terra tibi multos jam mittit alumnos,
Quos poliat Charitum, Pieridūq; Scholæ:
Ut reduces possint linguis ac artibus olim.
Instructi Patriæ commoda ferre sua.
Ast tua terra meum cur devorat undique charum
RHENISCHIVM, Matris gaudia, spemq; Patris:
Si Juvenes cunctos vult absorbere virentes,
Hinc ego cum reliquis ocyus affugiam.
At quorsum? dubito. Mors regnat ubiq; locorum,
Ac homines Breslæ novi ego quosq; mori.
Animitus lugens lachrimansq;
facieb.

JAC. BARTSCHIVS Lauba-Lusatius,
Phil. Mag. & P. Cæs.
Philatens.

X

NON deficit, sed sit RHENANVS: & hæc teneus ille:
Personam è Rheno & nomen inane habuit.
Illum RHENANVM verum esse volebat Iova,
Hinc ponè ad Rhenum iussit obire diem,
Quod Rheno alluitur Rhenum dicitur aurum,
Ille ita RHENIAD ES sit ratione pari.

Joh. Conradus Dannhaver,
M. & P. L.

MONU-

XI.

MONUMENTUM

D. O. M.

S.

DAVIDIS Pietas,
JOSEPHI Castitas,
ABSOLONIS Formositas,
State, videte: percipite.

Hic

Vester Victor

Vester Triumphator

Jacet inter Manes & Vermicœnium.

Nomen Vultis? dicam.

Est, qui non amplius est

DN. DAVID RHENISCHIVS Vratislaviensis Silesius,

Juvenis probus, &

Qui nihil malè fecit, nisi quod sit mortuus.

At si mori malum est, ut non est,

Dysenteria, male morbe, malè sit tibi,

Quæ tam præclarum Hominem

Avocasti, trucidasti, devorasti, tumulasti.

Epigramma.

IN te virtutes, in te degebat Apollo,

Et centum Veneres, tres charitesq; simul;

Atq; dii reliqui RHENISCH, reliquaq; Dearum.

Propterea miror te potuisse mori.

F. TIMOTHEUS POLVS P. L.

XII.

RHENISCHI, duplicis cultor doctissime Juris,
Hic tibi Doctoris laurea nulla venit.

INSTITUIT vitam qui linguâ accorpore rectam,

Simplicitate bonam, tum sine labe piam;

Duræ succumbens morti venit ille beatas

Tandem ad PANDECTAS: omnia namq; capit,

Omnia namq; capit, cælum, Christumq; Deumq;

In terris nemo quæ capere arte potest.

B 2

Cum

Cum mare, cum tellus, correptaque regia cœli
Corruet, & Christus jam nova regna petet;
CODICIS is magni libros titulosque re volvens
Factaque terrigenum fanda nefanda videns,
Eja pios ducet cœli ad convexa. RHENISCHI,
Hic tibi Doctoris laurea certa venit.
Namque *hic ingenio qui nobile nomen adepti,*
Fulgent ceu nitidi sidera clara poli.

M. Jacobus Schaller Argent.

XIII.

HEsternâ luce ut divus Laurentius esset
Impostus prunis, mortuus atq; pië,
Laudatur Decium sic illuisse Tyrannum:
Me verte, ad gustum num Tibi dicq; mihi:
Ipse quidem corpus crudeli funere mactas,
Sed mens cœlesti sede beanda brevi est.
Verum hodie ut moritur noster RHENISCHIVS, almo
Auxilio fretus Christe benigne tuo,
Sic mortem illudit venientem; falceq; florem
Sese abscissuram ceu viridantis agri:
Morte mei Christi jam dudum es mortua: Totus
Non moriar: pro me mortua vita DEUS.

summa condolentia ergo scribeb.

M. Georg. Marisch Olaviâ Silesius

XIV.

EXquo sunt vitæ Tibi fila recisa RHENISCHI,
Fila premit vitæ febris anhela meæ.
Et quid? vita via ist: vitæ via, prævia Mortæ est:
Morta, novæ vitæ est Janua: meta vitæ est.
Si sic est, velut est: Tu me felicior, ævi
Meta peracta, mihi quæ peragenda, Tui.
Sed TUSUMME DEUS, si me vis vivere; dame
Possemori: vitæ est summa MORIANTE MORI.

*Ita agro corpore, animo lugenti pangebatur plangebaturq;
Zacharias Wick.*

Nuntia

XV.

Querela ac Lachryma Dn. Parentis.

NVntia cur nostras tam tristia mittis ad aures
Nobilis ARGYROPE, chara domus Sophiæ?
Pellima cur Lachesis flavas excindis aristas,
Demetis & tristi singula falce tua?
Eheu cur subitò rapis hinc sub flore juventæ
DAVIDEM Natum, deliciasque meas!
O casus nimium tristes, ô tristia fata!
Curne senem potius me DEUS alme vocas?
Sed quid luctifonos animo juvat edere fletus,
Talia quandoquidem flectere nemo queat?
Defuncti in Domino corpus jam terra reconde,
Illius ast animam suscipe magne DEUS.
Vive igitur fili lectissime in arce polorum:
Mox egote, Domino concomitante, sequar.

Ex corde συγκαταβῆι scripte

M. Christophorus Schmieberus Ligio-Sil.

Theol. stud.

XVI.

Ad defuncti Reverendum Dn. Parentem.

SARCinulam miserum est carnis deponere gnatum,
Cui prius incumbit busta parare Patri.
Altius ast animum mala tangunt publica nostrum;
Publica privatis anteferenda malis!
Ergo ceu quondam tua me Reverentia, dira
Instruxit Patriæ funera ferre bene:
Sic ego dilecti te gnati in funere sortis
Humanæ, gratâ mente, monere volo.
Hactenus ut multas destruxit farreus urbes
Mars, sic Mors abolet cuncta, volente DEO.

Singularis condolentia testanda

gratiâ F.

GREGORIUS BICCIUS Budissinus

Lusatius.

B 3

XVII.